

SEBASTIANVS CIANVS⁷⁹

D U X XXXIX.

Electus Anno 1173. obiit Anno 1180.

S C H E M A V E T V S.

*Ducatum titulis dotavi ingentibus; atque
Papa minis liber sit, Federice tuis.*



XXXVIII



Bsoluto Michaelis funere, Aureum Mastropetrum Comitia vocabant in Principem, virum singularis consilii & innocentiae. At iste Rempublicam familiæ præferens, ut incredibili erat erga Patriam charitate, in utiliorem Reipublicæ civem suffragia verterent, rogavit. Sebastianum respicerent Cianum, virum Septuagenarium, divitiis potentem, qui non solum consilio, sed & auro populum juvare posset. Maripetri consilium sequenti Patres, Cianum declaravere Principem; quem miro consensu populus probavit. Magna sub hoc Principe, domi, forisque gesta. Tres primo columnas misit Græcia, quarum una superato artifi-

cum